



 POST QVAM DE CAR-
 ne vipera, ut medicamētū est, hucusq; tra-
 didimus, modò de ea tanquam de cibo ex
 ea comparando, & eius condimentis se-
 cundum variam hominū tem-
 periem & usum.

CAP. XXVIII.



CARO viperina peculiarem vir-
 tutem habet corroborandi cō-
 coctivam facultatem tertie que
 in membris perficitur, ejusq;
 usu vitam extendere; sensus custodit, & vi-
 ventem, ut Avicenna prodidit; deniq; quod
 maxime mirum videri potest, senectuti etiam
 hæc caro sæpe præsidio est, & in esu delicati-
 orum jus album paratum & aromatibus con-
 ditum, laudatissimū perhibetur. Iudæus inde-
 coctione viperae sal novum apponit, quando
 ossa à carnibus dissolvuntur, anethū quoq; vi-
 ride non siccum apponit; præparatur etiam
 alio modo, quod alibi præterivimus, carnes
 viperae infurno admodum calido, pane sub-
 lato, sicq; eas exiccato, ea tamen forma ut in
 pulverem conteri possit, quem electuarijs, seu
 alijs antidotis regimini resumptitico condu-
 centi-